

De Loco Finis. 627

Not. 1. axioma est intelligendum de a-
ctiōe, quæ versatur circa finem ut acqui-
rendum, hæc enim cessat, postquam finis
non amplius acquirendus sed acquisitus
est: actio verò, quæ versatur circa finem
ut acquisitus est, non cessat, acquisito e-
nim sine datur adhuc delectatio, gaudiū.

Not. 2. axioma intelligendum esse de
fine *cujus*, non autem de fine *cui*.

IV. Cujus finis est utilis, id ipsum est uti-
le, e.g. ararium utile est reipubl. E. & vesti-
galia.

V. Finis dat mediis bonitatem, amabilita-
tem, mensuram & ordinem, e.g. quod
potio amara ab egroto appetitur, ut bonum
quid, hæc vel illa mensurâ, id est à sanitate,
propter sanitatem enim appetitur, & in cer-
tâ mensurâ adhibetur.

VI. Cum finis est illicitus, id quoque illi-
citum censetur, quod refertur ad ta-
lem finem, e.g. scortatio est illicita, E. &
lupanaria.

VII. Propter quod expetitur aliquid, id
magis expetitur, e.g. bonus princeps gerit
bellum propter victoriam E. multo magis vi-
ctoriam appetit.

IX. Cujus finis est præstantior sine alte-
rius, id ipsum alterò præstantius est, e.g.
præstantior est intellectio nutritione. E. præ-
stantior est anima intelligens animâ vege-

R r 2 tarrâ.